

DEDICATORIA.

S

latini, Principis nostri clementissimi,
 Spiræ Nemetum, urbe Imperiali,
 DEVS Optimus Maximus collegit,
 serio quodam & cordato Orthodoxæ
 confessionis zelo multis aliis Ecclesiis
 prælucentem. In quâ quidem tam
 amœnâ Domini vineâ, tamque con-
 spicuo loco positâ, quam fructuose ope-
 ratus sis, quamque vigilanter velut
 in specula constitutus excubaris, ἡ
 ἑτεροδόξους ἀνυλέγοντας ἐλέγ-
 χειν & gnarus & promptus, id verò
 testabuntur qui te illic concionantem
 audiuerunt: inter quos complures eminent
 nobilitate & auctoritate spectatissimi
 viri; à quibus constat agrè te dimis-
 sum esse, cum ab Illustrissimo Prin-
 cipe Heidelbergam reuocareris ad mo-
 derationem Collegii Sapientiæ. In
 quo quidem cum te usus sim collega
 tali, cuius ego in me amorem ac